




5
VI
6

DISSERTATIO THEOLOGICO - MORALIS
DE
GRADIBVS
PECCATORVM

QVAM
SVMMI NVMINIS AVSPICIO
PRAESIDE
VIRO MAXIME REVERENDO, DOCTISSIMO, AMPLISSIMO,
SIGISM. IAC. BAVMGARTEN
S. S. THEOL. P. P. ORDIN.
FAVTORE AC PRAECEPTORE AETATEM
COLENDO
IN ACADEMIA FRIDERICIANA
AD D. SEPT. A. O. R. C¹⁷OCXXV
H. L. Q. C.
Publico placidoque eruditorum examini submitteret
IOANNES ANDREAS EILERS,
BRANDEB. M. M. S. S. THEOL. CVLTOR.



EDITIO NOVA.

Halæ Magdeb. sumtu Hendeliano, 1744. (7)

A
HERMANNI HESIODICO MORALIS
GRADIBVS
PECCATORVM
SICIS IVE BVLGARITER
FATORE VC. PRIMIUS DOR. VLTATEN
IN ACADEMIA FUNDATIONE
IOANNES ANDREAS ELLERS



VIRIS
AMPLISSIMIS, CONSVLTISSIMIS,
DOCTISSIMIS DOMINIS
DOMINIS
DIRECTORIBVS,
CONSVLIBVS,
SYNDICIS,
CAMERARIIS,

CETERISQVE
REIPUBLICAE BRANDEBVRGENSIS
SENATORIBVS SPECTATISSIMIS,

PATRIBVS PATRIAE OPTIMIS,

PATRONIS ATQVE FAVTORIBVS

OMNI OBSERVANTIAE AC PIETATIS CVLTV
PROSECVENDIS

DISSERTATIONEM HANC THEOLOGICAM

DEVOTA MENTE MANVQUE SUBMISSA DICAT

IOANNES ANDREAS EILERS.

ALIIS
AMPLISSIMIS CONSALITISSIMIS
DOCTISSIMIS DOMINI

DIRECTORIBVS
CONSALIBVS
SYNDICIS
CAMERARIIS



Vamplurimæ mihi sunt
rationes, cur Vobis,
PATRES CONSCRIPTI, primitias studio-
rum meorum offeram.
Singularis Vestra benevolentia, qua in
Patrem meum numquam non effluxi-
stis, iubet Vobis animum singulari re-
uerentia conspicuum exhibere. Patro-
trocinium, quo me domi viuentem sem-
per & perbenigne complexi estis, pla-
ne

ne fuit eximium. Nihil igitur melius,
neque laudabilius, neque honestius exi-
stimo, quam placere VOBIS VIRIS
CLARISSIMIS, PATRIBVS PA-
TRIAE DESIDERATISSIMIS; quo-
rum iudicium est rectum bonisque pro-
batissimum. Haec, inquam, fuere inci-
tamenta, quæ mihi addebant animum
Vobis consecrandi litterarum mearum
qualiumcunque initia, quæ vt accipia-
tis tali benevolentia, quali Vobis por-
rigo obseruantia, enixe precor atque
demisse rogo. Gaudium, quod inde
sentiam, erit plane peculiare, si has
plagulas tamquam pietatis erga Vos ar-
gumentum interpretari dignemini, &
hoc exiguum specimen indulgentissi-
mo animo & fronte serena admittatis.
Quod reliquum, faxit DEVS immor-
talis, vt RESPUBLICA, cuius estis de-
fensores, VESTRIS vigiliis consistat,

VESTRA prouidentia perennet, VESTRISQVE officiis crescat. Mihi vero liceat in posterum quoque me profitari

VIRI AMPLISSIMI, CONSULTISSIMI,
DOCTISSIMI,

Amplissimorum Vestrorum Nominum

Dabam Hale Magd.
Cal. Sept. A. MDCCXXXVI.

Calcarem obseruantissimum

IOANNEM ANDREAM EILERS.



PROOEMIVM.



uum ex voluntate eorum,
quorum apud me auctoritas
multum valet, disputatione
publica specimen laboris aca-
demici, litterarumque adhuc tractatarum
edendum fuit, argumentum eiusmodi de-
ligendum esse duxi, quod disquisitione &
meditatione curatiori non indignum vi-
deatur, suaque præstantia & utilitate, quam

in

in doctrina sanctiore, ipsaque praxi exhibet, æquis lectoribus facile se probauerit. Tractatio in quatuor partes diuisa est, eo ordine, ut *prima sectione introductoria* fundamenta reliqui laboris rite ponantur, ut omnia, quæ sequuntur, exinde rectius intelligi, meliusque deduci possint: *secunda, argumenta ipsa* sententiam nostram probatura commemoarentur: *tertia vberior explicatio* eorum, ex quibus gradus peccatorum æstimandi sunt, instituatur: *quarta* denique *consectaria potiora*, quæ ex antecedentibus fluunt, proponantur, vt de rei momento felicius iudicari queat. Lectorem rerum sacrarum amantem vehementer etiam atque etiam obtestor, vt nisi ipsam operam, conatum saltem ipsamque voluntatem nostram æqui bonique consulat.

SECTIO



SECTIO PRIMA. INTRODVCTORIA.

§. I.

Pecatum est defectus conuenientiae cum lege. Quid sit peccatum? Quam definitionem non magis ex vsuloquendis obseruataque in singulis peccatis essentia eorundem vniuersali, quam ipsa scriptura sacra desumimus, *Ioanne Christi legato I. Epist. III. 4.* sic pronuntianti peccatum esse evolutum. Vnde consequitur; omnem peccati cognitionem ex lege proficiendi, *Rom. III. 20. IIII. 15. VII. 7.* deinde, tot peccatorum species dari, quot legum, vel diuinarum tam naturalium quam reuelatarum, vel humanarum, & peccatum denique non in actiones solum cadere, verum etiam ad statum & conditionem seu qualitatem & dispositionem ex actionibus oriundam pertinere.

Ex hac parte *priuatiua*, quae constitutiva peccatorum est, ensuitur per principium contradictionis & negati tertii inter duo contradictoria, pars *positua*, quæ *virtuosa* vocari solet seu contrarieetas legis.

§. II. Lex est voluntas imperantis determinans actiones subditorum. Comprehendit igitur & normam agendi obligatio, & motiu connexa, vel explicite posita, vel in ipsa relatio poena?

A tio-

tione imperantis ad subditos horumque ab illo dependentia iam satis obvia. Atque hic ipse *nexus motuorum cum norma* constituit *obligationem*, quae in ipsis subditis considerata duplex est, *vel antecedens ad obedienciam*, vt in agendo illam normam obseruare teneantur, *vel consequens ad poenam*, vt in casu huius normae non obseruatae ea mala subeant, quae imperans cum norma actionum connexa esse voluit, tam iacturae commodorum ex praestita lege exspectandorum, quam sensationis incommodorum ab imperante inferendorum.

Patet exinde, effectus naturales actionum in legibus humanis ad motiva cum norma agendi coniungenda referri non posse, in legibus diuinis autem eo omnino pertinere, quod ipse ordo naturae, quo illi effectus actionum naturales eveniunt, in DEO fundatur eumque auctorem habet. Neque minus requisita obligationis inde fluunt, vt aliquis illius imperantis subditus sit, ad cuius voluntatem obligatur, seu ab eo dependere intelligat aut intelligere possit, vt tam normam ipsam quam motiva connexa perspiciat aut perspicere possit, vt tandem facultate polleat praestandi actiones mandatas, aut ea pollere potuisset.

Quid sit im- §. III. *Applicatio legis ad actiones individuas peractas & putatio & status inde oriundos vocatur imputatio: & hinc enata re- reatus?*
relatio subditis ad imperantem, eius legem transgressi, reatus. Qui vel culpae est, vt subditus legem violasse iudicetur atque pro transgressor habeatur, vel poenae, vt ad mala connexa cum lege in casu transgressionis obligatus pronuntietur, atque imperanti ad poenas dandas obnoxius sit. Vnde Rom. III. 19. omnes homines legi diuinae obligati ex eius transgressione DEO obnoxii esse dicuntur.

Impu-

INTRODUCTORIA. 3

Imputatio igitur effectus inseparabilis est obligationis, ac praeter requisita illius cognitionem facti in imputante supponit.

§. IV. Qum omnis lex obliget (§. II.), peccatum ^{Omne pec-} vero omne legem violet (§. I.) atque ex imputatione ^{catum in-} eiusdem enascatur reatus (§. III.): sequitur, *ut omne pec-* ^{ferre rea-} *catum imperanti cognitum producat reatum.* ^{tum.}

Facit dependentia legum humanarum a lege diuina, ut quoad obligant, nemo eas transgredi possit sine violatione legis diuinæ: vnde ex omnibus peccatis contra humanas etiam leges commissis reatus etiam apud DEVUM enascitur, accedente in primis ipsis omniscientia, qua nihil ipsum latere potest, omniumque in uniuersum hominum ab ipso dependentia essentiali.

§. V. *Gradus est quantitas intensorum, quae per assūm-* Quid sit *tom unitatem homogeneam determinari potest. Quonies gradus?* autem, vbi maius & minus concipi potest, & *intensum,* in quo quantitas deprehenditur sine partibus extra se inuicem positis seu sine compositione; *homogeneo de-* niique sunt, quorum similis essentia est. Atque cum qualitates omnes ad resistentias pertineant, *quantita-* *tes qualitorum gradus sunt.*

Eadem sunt, quae sibi inuicem omni respectu substitui possunt: *similia,* quae notas, quibus ab alijs discernuntur, easdem ha- bent, nec nisi sola quantitate, differunt, quare etiam quanti- tas discriben internum similium vocatur: *aequalia,* quae eandem quantitatem habent.

§. VI. Quo quis imperans sapientiae & iustitiae R. atum a obseruantior est, eo magis prouidet, ut poenae pes pud Deum peccatis el- catis sint proportionatae, seu eandem rationem quan- se aqua- titatis habeant, ne quid in malo consequente statua lem.

A 2 buatur.

buatur. Vnde sequitur, ut accedente vera factorum cognitione & imputatione, reatus peccatorum apud imperantem sapientem & iustum sit ipsis peccatis aequalis & proportionatus. (§. III.) Quare quoniam DEVS infinite sapiens & iustus sit, neque in imputatione factorum falli possit, *reatus peccatorum apud DEVUM ipsis peccatis aequalis est.* Gen. XVIII. 25. Psal. VII. 9. Rom. III. 6.

Potiores
peccato-
rum spe-
cies.

§. VII. Et possunt & non sine insigni utilitate solent peccata pro diuersis respectibus in varias species diuidi: quarum diuisiōnū potiores sunt, ut dispescantur *primum* ratione *sabiećtī* peccantis, habito simul respectu ad formam peccandi, tam in *origina-
le*, quod iterum vel *dominans* est in irregenis vel *morrificatum* in renatis; quam in *actualia*, quorū & *habitualia* ex praeuiis actibus prauis enata referuntur: quae iterum triplici respectu considerantur, & ratione partium aut facultatum, quibus peraguntur, ut vel *interna* sint vel *externa* simul, aut *corde
ore* & *opere* committantur, & ratione geneſeos ac internae originis, ut vel *voluntaria* sint seu proaeretica vel *non voluntaria* tam *ignorantiae* quam *infirmitatis*, & tandem ratione ipsius actionis, ut vel *propria* sint vel *aliena*, quorum quis particeps euadit: *deinde* ratione argumenti legum quae violantur seu obiecti, vbi tam & *omittendo* & *committendo*, quam contra *DEVUM*, nos met *ipso*, aliosque peccatur: ratione *de-
nique* adiunctorum & effectus moralis, qui per acci-
dens ea consequitur, in *mortalia* & *venialia*.

Reliquae peccatorum species præter iam commemoratas vel ad has referri commode possunt, quales sunt peccatorum manen-

INTRODUCTORIA. 5

manentium & sublatorum, contra decalogi tabulas & praecepta singula commissorum: vel non tam ad aequalem divisionem faciunt, quam denominationem alicuius qualitatis extraessentialis; quorsum pertinent peccata clamantia, mutata, mensuram implentia. Atque haec diuisiones omnes in essentia peccatorum eorumque qualitatibus fundantur, ea autem, quae ex quantitate deriuatur, ut peccata sint vel graviora vel leuiora, infra vberius tractabuntur & in diuersitate graduura consistit.

§. VIII. Peccarum originale est defectus conformitatis naturae nostrae cum lege diuina. Quid sit peccatum originale? Quod ita comparandum est, ut a prima origine & per ipsam generationem nobis init, atque reliqua omnia peccata inde originem trahant, vnde merito vocatur originale. Complectitur tam priuationem integritatis naturae inesse debitae atque facultatis restituendi eandem, quam corruptionem & depravationem virium agentium seu propensionem ad malum, quam scriptura sacra concupiscentiam vocat *Iac. I. 14. 15. Gen. VI. 5. VIII. 21. Eph. II. 1-3. Rom. III. 9. seq. VII. 7. Io. III. 6. Ptol. LI. 7.* Vbi haec naturae corruptio sine supernaturali mutatione internum actionum principium manet, dominari, homo autem ipsi seruire dicitur *Rom. VI. 6. Io. VIII. 34.* Sublato hoc dominio per habitum supernaturalem legitimarum actionum in regeneratione productum, mortificatum vocatur. *Gal. V. 16. 24.*

Agimus hic de peccato originali originato, quod ut labes conata omnes hominis partes & facultates plane occupat, eo respectu variis & diuersis modis considerari potest. In dubitabilitate huius peccati dominantis in illis, vbi per regenerationem hoc dominium tolli potest, satis evidens est (*§. III. II.*): non dominantis autem & ante regenerationem insan-

tum ex imputatione primi peccati originantis omniumque hominum cum communi patre nexus concipienda est, quae ipsa tamen actualitatem non consequitur in peccato hoc non dominante ob imputationem iustitiae per Christum partae.

Quid sit peccatum actuale?

§. IX. *Quicquid in propriis mutationibus legi non conuenit, peccorum actuale est.* Nam quum agere dicimur, quoties proprias mutationes producimus: omnis autem defectus conuenientiae cum lege peccatum est (§. I.), re atque sic definitur peccatum actuale. Vnde apparet, non solum actiones liberas cum deliberatione peractas eo pertinere, sed omnes in vniuersum mutationes proprias, quae per legem determinantur atque aliter fiunt quam quidem fieri possent & deberent; neque minus hinc elucet, in ipsis infantes cedere haec peccata, omnesque motus prauos & inordinatos eo referendos esse. Gal. V. 24. Iac. I. 14. Io. III. 6.

Non igitur *actuale* vocatur, ac si solum actualiter existeret, sed ob actum, quo prava peccandi dispositio se exserit. Quorsum iure etiam referimus habitus prauos ex illegitimis mutationibus continuatis & repetitis oriundos, vnde varia peccata originalis modis facilius enascitur.

Quae sint peccata interna & externa?

§. X. Quum homo duabus partibus, anima & corpore constat, pluribusque facultatibus pollet, quarum singulis mutationes producuntur, tot dantur peccandi rationes, quot species mutationum illegitimarum diuersis facultatibus productarum. Vnde peccata vel *interna* sunt, *quae animo peraguntur*, si intellectu, voluntate, memoria, imaginatione & affectibus peccamus, quorsum ignorantia & errores culposi pertinent, prauae concupiscentiae & reliqui mo-

motus atque cogitationes, quae a lege diuina rece-
dunt; vel *externa* simul ad corpus etiam pertinentia,
quae verbis gestibus ipsisque factis peraguntur,
quorum tanta varietas est, quanta organorum mem-
brorumque corporis. *Mattb.* XV. 19. *2. Cor.* VII. 1.

Distinctio peccatorum actualium in tres ordines: quae corde,
ore & opere peraguntur, ab antiquis ecclesiae doctoribus re-
cepta est. Sic *AVGVSTINV*s in *enclibid.* c. *EXIV.* *peccata*,
ait, *aetiuia corde, ore, opere committuntur*; plura loca patrum
exhibit *IO. GERHARDVS locor. theol. tom. II. loc. XIII. cap. IX.*

§. XI. Omnes hominum mutationes, quae diuer- Quae sint
sis modis fieri possunt, vel cum deliberatione & ex *peccata po-*
voluntatis determinatione peraguntur, vel sine ea. *luntaria &*
Hinc duplex oritur peccatorum species, una volun- *non voluntaria?*
tariorum, altera non voluntariorum. *Voluntaria ria?*
peccata ex determinatione voluntatis legi contraria fiant,
atque per consequens contra conuictionem de ille-
gitimae actionis ratione, seu notitiam non solum le-
gis verum etiam disconuenientiae actionis perpa-
trrandae, vnde peccata contra conscientiam vocan-
tur, nec non proaeretica, praeelectua & morosa.
Non voluntaria peccantur sine determinatione voluntaris
ad contrariuni legis; quod dupli ratione fit, vel ex
ignorantia sive legis sive relationis, quae inter actionem
perpatrandam & legem intercedit, *Leuit. IV.*
2. 13. V. 2. Gen. XX. 2. &c. vel ex *infirmitate & prae-*
cipitontia, si quis vehementiori appetitus sensitiui
commotione abruptitur ad peccandum, ita ut cognita
motu contrarii vel omnino non cogitet, vel *r*n
satis certam viuamque eorum cogitationem insti-
tuat. *Gal. VI. 1. 1 Sam. XXV. 13.*

Iure



Iure meritoque ad voluntaria peccata referuntur, tam quae ex ignorantia vincibili & affectata & supinae negligentiae committuntur, 2 Petr. III. 5. quam quae per consensum consequentem, delectationem, continuationem & defensionem alicui probantur, postquam vel ignorans vel non satis cogitans ea commisit. Vnde nec immerito omnia irregentorum peccata pro voluntariis reputantur, si dominium peccati a scientibus volentibusque continuatur, seu status regnantis peccati voluntarius est. Potest aliquis ignorans peccare & tamen non ex ignorantia, si quis sine cognitione legis ipsi contrarium agit, quod acturus etiam fuisset, etiam si cognitionem legis habuisset; sicut etiam sciens aliquis peccare potest, qui non volens peccat, quod in peccatis praecepitantiae prauisque animi motibus saepius evenire solet, licet nemo volens peccare possit, quin sciens peccet.

*Quae sint
peccata pro-
pria & par-
ticipata?*

§. XII. Si quis ad existentiam alicuius peccati eiusque continuationem aliquid confert, approbat illud eoque iudicio suo legi contrario ipsam legem violat atque per consequens ipse peccat. Hinc praeter propria peccata ipsorum actionem legi contrariam peragentium aliena dantur, quorum quis particeps sit, ad eorum existentiam & continuationem concurrendo, quae participata vocantur, 1 Tim. V. 22. quod & antecedenter fieri potest, *sam remorius*, scandalis & neglecta alterius emendatione atque impeditio peccatorum possibili, commendatione etiam & constitutione hominum ad officia, quibus destinantur, ineptorum; *quam proprius*, suadendo, iubendo, cogendo, subministrandoque occasionses & subsidia peccandi; & consequenter, delectatione, imitatione, defensione & abolitione possibili vel neglecta vel impedita.

Pleras-

I N T R O D V C T O R I A . 9

Pleraque has species participationis peccatorum veteres, ex more ante aliquot saecula recepto, his versibus memoriam subleuaturis expresserunt:

*Infflo, consilium, consensus, palpo, recursus,
Participans, mutus, non obstante, non manifestans,*

atque plenius:

Consulo, praecipio, consentio, prouoco, laudo.

Non retego culpam, non punio, non reprehendo,

Non obsto, sed coniribuo & defendeo aliena,

Adsum, atque obsequuis placebo, immortalia spargo

Scandala, nec dubito Bileami luca mereri.

§. XIII. Quum legis pars normariua vel mandato *Quae sint* vel interdicto constet, dupli ratione eiusdem vi- *peccata com-* latio euenire potest, & omittendo *quae agere iube-* *missionis &* mur, & committendo a quibus interdicimur: vnde *omissionis?* peccata enascuntur tam *omissionis contra mandata le-* gum, quam *commissionis contra prohibiciones legum per-* cta, *Iac. V. 17. Luc. XII. 47.* Ad omissionis peccata non solum omnis defectus officiorum, quae praefari potuerint, pertinet, verum etiam absentia le- gitimae qualitatis & modi in officiis praestitis, vbi ea desiderantur, quae ad actionem legi conuenienter peragendam requirebantur.

Hinc apparet, & nihil agendo ipsoque otio peccari posse, ne- que minus inde eluet, vtriusque speciei peccata plerumque simul peragi, quum fieri nequeat, vt negligendo officia, mala non agamus, atque male agendo quae officia erant non omittamus.

§. XIV. Possunt actiones per legem determinatae *Quae sint* satis commode pro diueritate eorum, quibus direte *peccata in* & proxime praefrantur, diuidi in officia erga DEUM, *DEVM, se* nosmet ipsos & alios homines; vnde & transgressio- *ipsum &* nes legum seu peccata triplicis generis esse censentur,

B

contra

contra DEum, se ipsum aliosque proxime & directe peccato. Licit enim ad duas priores species quicquid est peccatorum ad unum omnium referri possit, quum singulis peccatis & DEVS laedatur, & nostra felicitas detrimentum capiat, habito tamen respectu ad proximum obiectum, circa quod illegitima actio directe versatur, haec differentia locum omnino habet. Vnde multiplex enascitur peccatorum ad duas posteriores species pertinentium diuersitas, prout vel internus vel externus status noster aliorumque laeditur, seu aduersus animam, corpus, opes & honorem peccatur.

Plerique catalogi peccatorum in sacris litteris obuii hunc ordinem in recensendis peccatis obseruant. *1 Tim. I. 9. &c. Gal. V. 19. &c.* Diuisio peccatorum in ea, quae extra corpus committuntur & contra proprium corpus, *1 Cor. VI. 18.* huc pertinet, neque minus, quae peccata ad duas decalogi tabulas diuidit. Latiori sensu & quarta species peccatorum addi posset; contra reliquias res creatas, vel angelos, vel bruta, vel inanimatas res commissorum: residuus tamen huius generis delicta ad unam reliquarum specierum referuntur, quod illegitimis actionibus circa haec obiecta perpetratis vel honor DEO debitus, vel nostra aliorumque felicitas violatur, atque idipsum rationem prauitatis continet.

*Quae pecca-
ta sunt mor-
talia & ve-
nialia.*

§. XV. Postquam gratia DEI Christique satisfactione hominibus venia peccatorum prospecta est per fidem in Christum impetranda, qua reatus delictorum non a peccatis sed peccatoribus tollitur, *Rom. III. 21--26. 28. III. 5. &c.* noua peccatorum distinctio ratione huius veniae exoritur, quae proinde non in ipsis peccatis, sed peccatoribus eorumque diuersa ad Christum relatione fundatur, atque per consequens accidentalis est. Omnia enim peccata

I N T R O D V C T O R I A . II

cata vel *mortalia* sunt, quae reatum manentem actu con-
iunctum habent: quorsum tam *mortalia* seu *letalia*
perciunt, quibus homines ex debita ad Christum
relatione & statu gratiae sub dominium peccati reci-
dunt, vitaque diuina priuantur & mortem spiritua-
lem obeunt: quam *reliqua mortalia* seu *opera mor-
tua*, quae ex morte spirituali fluunt, eamque adau-
gent, atque cum reatu mortis arctissime ipso actu
cohaerent, Rom. VI. 23. Epb. II. 1. Hebr. VIII. 14.
Iac. I. 15: *vel venialia, cum quibus venia actu cohaeres ob
fidem hominis peccantis*, vt non impunetur ad mor-
tem, Rom. VIII. 1. 3. Io. III. 18. Licit seriis exerci-
tiis opus omnino sit tam indignationis & contritio-
nis, ne per consensum consequentem proaeretica
euadant, atque vt effectus interni depravationis abo-
leantur: quam fidei & apprehensionis meriti Chri-
sti, vt certiores siant de venia impetrata. Matth. VI.
12. Apoc. III. 3.

Sicut haec venialia omnia sua natura morte digna sunt, atque
mortalia, soloque peccatoris nexus cum CHRISTO veniam
obtinet; ita & *mortalium* quorumvis venia impetrari po-
test, eamque ob causam remissibilia vocantur, praeter vo-
luntariam & finalem oppugnationem veritatum diuinarum
& operationum Spiritus Sancti contra conscientiam, quae
peccatum contra Spiritum Sanctorum appellari solet huius
natura irremissibile est. Hebr. VI. 4. X. 26. & Io. V. 16.
Matth. XII. 24. &c. Dicuntur etiam *mortalia peccata ma-
nere sub ira DEI*, Io. III. 36. VIII. 41. Denominatio au-
tem mortuorum operum non confundenda est cum phra-
sibus scriptorae, vbi vel nos peccato mori dicimur, qua sub-
latio & dominii & reatus peccatorum indicatur, Rom. VIII.
13. VI. 10. 2. vel *peccatum mortuum* vocatur ob defectum
sensationis mortuum & effectuum eiusdem.

Omnia pec-
cata esse
similia.

§. XVI. Omnia haec peccata adhuc recensita in momentis bene multis inter se conueniunt, atque nonnulla continent, quae in singulis eadem sunt: quum eadem lex idemque legislator iis omnibus licet vel remotius vel proprius laedatur, (§. II.) eadem sit eorum omnium essentia, (§. I.) idem etiam generalior effectus moralis, (§. III.) Quam ob rem *omnia peccata sunt similia.* (§. V.)

In peccatis diuersatum specierum dissimilitudo etiam locum habet, non obstante hac similitudine, quae proinde maior est in eiusdem speciei propriis singulis peccatis, quam in aliis cuiusvis.

Quo sensu
dicantur
grauiora &
leuiora?

§. XVII. Si peccata dicuntur grauiora & leuiora, reatus eorundem ratio habetur, seu obligationis ad poenam, atque comparatiue tantum sic vocantur, quum proprie nullum in se leue sit, sed omnia effetum producant grauem satis atque deplorandum, qui tamen ita comparatus est, ut contentione instituta maius minusve admittat, atque per consequens quantitate differat. (§. V.) *Grauiora* igitur *peccata sunt, quae maiorem reatum inferunt: leuiora autem, quae minorem.* Quae si locum habent, ipsa peccata inaequaliter esse debent, seu gradu diuersa. (§. VI. V.) Habet denominatio *leuiorum peccatorum* aliquid incommodi, quum aegre ac difficulter caueri possit a peccatorum quorundam leuitate inde deriuanda. Quare nonnulli *minus graua* ea dicere maluerunt, quae alii leuiora vocarunt peccata, quod tamen ad logomachium rediret, quum per notionem cum termino coniungendam satis prouideri queat, ne ex comparatiua locutione formetur positiva.

§. XVIII.

§. XVIII. Fuerunt olim, qui omnia in vniuersum *Qui peccata
peccata aequalia esse dixerunt. Inter antiquas philo-*
*omnia ae-
sophorum scetas Stoicorum hoc paradoxon fuisse, ex qualia esse
dixerint.*

veterum testimonii satis inter omnes constat. DIO-
GEN. LAERTIVS *in vitis philos. lib. VII. segm 120.*
de Stoicis scribit: *αἴσθεται δὲ αὐτοῖς ἵστα ἡγεῖθαι τὰ αἰματη-
τήματα, παθά φησι Χεύσιππος, ἐν τῷ τετράτῳ τῶν ἡθικῶν ζη-
τημάτων, οὐδὲ Φησι Ζήνων. Εἰ γάρ αἴσθεται αἰλυθός μᾶλ-
λον ἐν ἑστίᾳ, οὐδὲ Φεῦδος Φεύδει. οὐτως οὐδὲ αἰπάτη αἰπάτης,
οὐδὲ αἰματητης αἰματητης. Καὶ γάρ ὁ ἔκατον σάδους αἰπέ-
χων Κανάβω, οὐδὲ ἐστια, ἐπίστις ἐν ἑστίᾳ ἐν Κανάβῳ, οὐτως καὶ ὁ
πλεῖον οὐδὲ ἔλαττον αἰματητών, ἐπίστις ὅντις εἰστιν ἐν τῷ πατοε-
θοῦ. Eiusdem rei M. T. CICERO fidem facit, dum
orat. pro Muraena c. XXIX. hoc inter alia Zenonis
praecepta & sententias fuisse affirmat: *Omnia pecca-
ta esse paria, omne delictum scelus esse nefarium, nec mi-
nus delinquere eum, qui gallum gallinaceum, cum opus non
fuerit, quam eum, qui patrem suffocaverit. Aliisque in
locis idem perhibet, quæstion. acad. c. XLIII. lib. IV.
de finib. & in III. parad. Cum quibus conferendus est
PLVTARCHVS de repugnantia Stoicorum & commun-
ibus notionibus contra Stoicos, atque HORATIVS
L. I. sat. III. vbi hanc sententiam mirifice ridet. In
ciuitate CHRISTI aliquot scetas antiquis eadem sen-
tentia tribuitur, ita tamen ut ex aliis ipsarum doctri-
nis per varias conclusiones & coniecturas deriuata
potius, quam ab illis proposita & explicite defensa
esse videatur. Ad Nouationorum errores nonnulli
hanc sententiam retulerunt, quod ab AMBROSIO
L. I. de poenitent. c. I. factum est, licet ex antiquioribus
monumentis probari nequeat, sed ex nimio duntaxat
horum hominum rigore arcendi lapsos quoquis ab
eccl-**

ecclesia, non habita grauitatis & circumstantiarum
 in delictis ipsorum ratione, deriuetur. *Iouiniano*, qui
 seculo IIII. turbas in ecclesia mouit, idem error ple-
 rumque tribuitur, iurene an iniuria, certo vix statui
 potest. **HIERONYMVS** quidem lib. II. aduersus *Iou-*
inianum passim huius ipsum erroris reum agit, ita
 tamen, ut eundem ex aliis ipsius dogmatibus fluere
 existimet, nullibi autem ab ipso clare & explicite
 prolatum afferat. Fieri enim facile potuit, ut *Iou-*
niano, merita virginitatis & ieuniorum fortiter ne-
 gante, vnamque credentibus ex baptismo merce-
 dem & felicitatem tribuente, aduersarii, quo pluri-
 bus absurdis & incommodis eum premerent, eius
 mentem ita interpretarentur, ac si & virtutes aequa-
 les, & per consequens vitia atque peccata aequalia
 statueret. Quotiescumque **AVGVSTINVS** huius
 erroris *Iouiniani* mentionem facit, epist. XXVIII. ad
HIERON. lib. II de sent. *Iacobi* apost. & libro de *baere-*
sis c. LXXXII. aliorum id fide facit. Vnde nonnulli
 huius hominis caussam ita egerunt, ut ipsum ab hoc
 errore liberatum irent, quod factum in primis est ab
ALPHONSO DE CASTRO libr. XII. contra *baere-*
sis, sub verbo *peccatum haeresi VIII.* & 10. REI-
 NOLDO c. LXIII. lect. de libr. *apocr.* cum quibus conf.
 quae **MART. CHEMNITIVS** in exam. conc. *Trid.*
 part. III p. 138. de vniuersa *Iouiniani* doctrina &
 mente iudicat.

Eadem ratione *Pelagiani* huius erroris accusantur, quod perfe-
 ctionem fidelibus tribuerunt, vitamque iustorum in hoc se-
 culo nullum omnino habere peccatum afferuerunt, teste
AVGVSTINO libr. de *haeres.* c. LXXXVIII. quod a **RON BELLAR-**
MINO tom. IV, contr. II, libr. I. c. IIII. aliisque factum est.
 Nostrae ecclesiae omnibusque, qui mortalia & venialia pec-
 cata

INTRODUCTORIA. 23

cata in se sua natura differre negarunt, eundem errorem nonnulli pontificii tribuerunt, in primis EDM. CAMPIANVS de verit. eccl. casbol. rat. VIII. vbi, hoc quoque tritum est, inquit, in hac sece protestantium, peccata esse paria, bac trutina non levius in DEVVM deliquerit ille capo, qui gallum gallinaceum, quam qui hominem occiderit. Qua accusatio ne ab ipso ROB. BELLARMINO liberamur, qui tom. IV. contr. II. sect. II. lib. III. cap. XVI. scribit: Luberaui non dicunt, quod sciam, virtutes esse pares aut peccata paria.

§. XIX. Postquam de Stoicis extra dubium possumus sensum est, fuisse illos in hac sententia, vnicum restat, ut id a Stoicis disquiramus, quo sensu affirmauerint, peccata paria factum sit, esse & aequalia, ne quid in ipsos iniurii statuatur. In qua disquisitione omnis controvrsia ad tria haec momenta redit, vt primum obseruemus, non omnem illos differentiam & inaequalitatem peccatorum sublatum iuisse, sed eam duntaxat, quae ad internam peccatorum essentiam & formam pertinet, vt quae in omnibus eadem certe est. Ita enim MARC. ANTONIVS τῶν ἐις ἑαυτὸν lib. II. cap. X. scribit: Φιλοσόφος δὲ Θεόφραστος ἐν τῇ συνεγένετε τῶν αἰματημάτων, ὡς ἀν τις κοντέρερον τὰ τοιόντα συνεψεύσει, Φησι, Βαρεύτερος ἔναν τε καὶ ἐπιθυμεῖν πλημματίζουσαν τῶν κατὰ θυμόν. Vbi non solum illam comparationem peccatorum fieri posse, verum sibi etiam, vt philosophice factam, admodum probari affirmat, licet nonnulli ANTONIVM in ea re a reliquis Stoicis discedere arbitrentur, conf. 10. FRANC. BVDDEI introd. ad phil. Stoicam ex mente M. ANTONINI sect. VI. s. XI Eadem ratione s. TOMEVS in eclogis erubet lib. III vbi sententias de aequalitate peccatorum proponit, quae pleraeque nonnullis e CHRYSIPIO desumptae esse videntur, exprefse fatetur: Κανον ὅντων τῶν αἰματημάτων, ἔναν τινός ἐν αὐτοῖς

dicit.



διαφορος, καθ' οτου τα μεν αντρων απὸ συληρεσ δυστάτου διαθέ-
 τεος γίγνεται, τα δὲ ον: atque deinde addit: Ιτα δὲ πάν-
 τα λέγονται τα αμαρτήματα, οὐκ εἰ δὲ δυοια. Quod licet
 perperam afferatur, satis tamen indicat, confusione
 terminorum similitudinis & aequalitatis ita a Stoicis
 pronunciatum fuisse. Idem etiam comprobant ra-
 tiones ab ipsis prolatae, quibus euincitur omnino,
 formam & essentiam aberrationis a lege in omnibus
 peccatis eandem esse, neutiquam autem effectus non
 differre. Praetera obseruandum est, fluxisse hoc
 Stoicorum paradoxon ex notione mendacii & erro-
 ris seu falsi, quam cum peccati notione eandem esse
 crediderunt, vnde statuerunt, vt falsi in se conside-
 rati nulli gradus existunt, ita etiam in peccatum, quod
 absentia & priuatione veri atque conuenientiae ab-
 solui crediderunt, gradus non cadere. Hinc satis
 consequitur, vt de notione abstracta & vniuersali pec-
 catorum in genere, atque priuationis in illis obvia elo-
 quuti fuerint Stoici, eamque in omnibus aequo oc-
 currere recte assuererint. Quibus tandem addi debet
 animus Stoicorum, qui in id directus fuisse videtur,
 vt maiorem cautionem ad evitanda quaevis peccata
 vel pro leuissimis habita, quam quae adhiberi plerum-
 que solet, requiri, hac assertione grauissime declara-
 rent, atque quosuis monerent de interna turpitudi-
 ne arque indole formalis peccatorum magis cogitan-
 da, quam de circumstantiarum externarum condi-
 tione & diversitate materiali obiectorum, circa quae
 peccando versamur. Quod ipsum acerrimi huius
 doctrinae Stoicae oppugnatores iure fieri fatentur.
 In quam rem HIERONYMVS libr. de instit. moris-
 som. Stoicorum, inquit, quidem est, delicia omnia paria
 iudi-

iudicare, nos vero, et si multum inter peccata distare credimus, tamen satis prodeſſe ad cautionem dicimus, etiam minima pro maximis cauere. Quibus verbis & intentio- nem Stoicorum concedit, & eandem recte emendat. CICERO autem III. parad. post commemoratam Stoicorum sententiam addit: *Hac senzenia non modo verior, sed ne utilior quidem hominum vitae reperiri vlla potest. Quae vis est enim, quae magis arceat homines ab omni improbitate, quam si senserint, nullum in delictis esse discriminem.* Quae tamen omnia ad excusandam locutionem incommodam, non defendendam faciunt.

Conferantur IO. FRANC. BVDEVS diff. II. de error. Stoicor. in phil. moral. §. XII. quae in anaclisis histor. philos existat, & IUSTI LIPSI manud. ad stoic. philos. lib. III diff. XXI, vbi plura de his disputantur.

SECTIO SECUNDA.

ARGVMENTA, QVIBVS INAEQUALITAS PECCATORVM EVINCITVR, EXHIBENS.

§. XX.

IN hac peccatorum inaequalitate demonstranda ita Ordo argu-
versabimur, vt primum ea scripturae sacrae loca mentorum
excitemus, quibus huius rei quicquid est efficitur, proferen-
deinde ex notionibus peccati ipsius, atque rerum con-
dorun. ntarum idem deducamus, atque objectionibus ran-
dem, quae hanc sententiam dubiam reddere possent,
satisficiamus. In argumentis primi ordinis ea ora-
cula diuina primum sibi merito locum vindicant,

C quae

quae *expressam* huius inaequalitatis, seu maioris minoris grauitatis *mentionem faciunt*, secundum illa occupant, quibus *diverso poenarum grauitas* proponitur, vnde per necessariam consequentiam ipsa peccatorum inaequalitas deducitur.

Ex Io. XIX. §. XXI. Emiserit inter haec DEI oracula grauissimus ipsius CHRISTI sermo *Io. XVIII.ii. διὰ τοῦτο ὁ παρεδόθω με σοι μένοντα διαιτηταν ἔχει*: quo iustissimus humanarum actionum arbiter ad audiendam Pilati sententiam in forum deductus, ipse adeo apposite de iudicis & accusatorum actionibus iudicat, vt alios grauius quidem peccare, Pilatum tamen nihilosecius peccati reum pronuntiet, ipsumque de ratione potestatis, ipsi diuinitus concessae, olim reddenda, non sine stimulis animo infixis commonefaciat. Non potest euidentius illa peccatorum inaequalitas proponi, quam quidem his verbis a CHRISTO factum est, quibus ut indubium supponit, ipsoque iudicio suo confirmat, posse aliquem magis grauiusque peccare aliis, darieque omnino peccata aliis maiora.

Quae FRIDR. AD. LAMPE in comment. enarr. Ioannis tom. III. p. 537. ad hunc locum profert, vbi in locum communem, quem tractamus, excurrit, atque diversitatem peccati a Iudeis & Pilato commissi exponit, commode conferri possunt. Nexus tamen, quo Christus hanc sententiam conclusionis instar, ex iis, quas praecedunt, deducit, ita rectius cohaeret, si monitum praegettum de potestate Pilato diuinitus concredita pro ratione habeamus, vnde intelligi possit, subesse Pilatum superiori potestari, cui illegitimorum actionum olim poenae dandae sint, licet in eo excusatus peccet, quod ex officio hanc causam iudicet, in quam nisi accusatores instarent, immissurus se neutiquam fuisse, qui proin-

proinde in foro supremi magistratus, ipsius DEI, maioris delicti rei sint pronuntiandi.

§. XXII. Huic oraculo de euidentia non concedit Ex Hesik.
luculentissimus locus Hesek. XVI. 47. 51. Vbi ipse XVI. 47. 51.
DEVS, dum in vituperandis Iudaeis est, ista pronuntiat com. 47. Non in ipsarum Samariae Sodomorumque viis tanum ambulasti atque ad nefaria illarum delicta te compofuisti: sed breui etiam eius te fastidium cepit, ut corrupte agendo eas viceris in omnibus viis suis. Atque commate 51. sic pergit: Et Samaria ne ad dimidiam parem delictorum tuorum peccando progresso est, tu enim multiplicasti abominanda facinora piae illis, ut magis innocentem declares sororem tuam omnibus abominationibus, quas perpatrasti. Qua reprehensione DEVS, penes quem vnum supraena de actionibus hominum iudicandi potestas est, testatissimum facit, dari diuersos peccatorum gradus, atque nonnulla delicta aliis antecellere grauitate.

Digna omnino sunt, ut conferantur, quae S. R. D. IO. HENE-
MICHAELIS ad hunc locum, comma in primis 51. commenta-
tur, vbi Iudeorum grauiora peccata, quibus Samariam &
Sodoma superarunt, vberius proponuntur.

§. XXIII. Neque minus hic pertinent loca reli- Alia loca
qua, in quibus nonnulli homines peccando aliis de-probantia.
teriores evadere, aut ipsi in peius ruere atque a le-
uioribus ad grauiora delicta delabi dicuntur. Ita
PETRVS de voluntariis peccatis eorum, qui viua
CHRISTI cognitione effugerunt inquinamenta
mundi, pronuntiat 2 Ep. II. 20. Posteriorem ipsorum
statum longe deteriorem reddi, quam quidem fuerit prior:
atque PAVLVS 1 Tim. V. 8 eum CHRISTI nomen
professum, qui suorum curam negligit, infidi- pe-
iorem

orem esse affeuerat. DEVS autem, vbi Hesek. VIII. 17. vituperaturus enormem Iudeorum iniuritatem, Prophetam interrogat: num leue nimis visum fuerit domui Iudee ea hic delicta perpetrare, ut ad terram violentia implendam progredi statuerint? satis diserte significat, posterius hoc delictum grauius omnino esse priore. Cum quo conspirat sermo IESAIAE, qui c. VII. 13. in regem Achasum, familiamque regiam ita inuehitur: Parumne vobis sufficere visum est homines deforigare, ut etiam DEV M meum taedio afficiendum existimetis. Conf. Ier. VII. 26. XVI. 12.

Comparationes idem probantes.

§. XXIII. His addi merentur comparationes, quibus ipse CHRISTVS vhus est ad diuersam peccatorum gravitatem significantiam, quarum vna Matth. VII. 3-5. occurrit, vbi quaedam peccata cum festucis, alia cum trabibus contendit, quae collatio aut omnino inanis est, aut certe declarat, esse quaedam peccata aliis exstantiora: altera Matth. XXIII. 21. vbi Pharisaeos culicem colendo remouere & camelum deglutire pronuntiat, seu de leuioribus peccatis euitandis admodum sollicitos videri, gratiorum vero mire incurios esse.

Ipsa Christi assertio de diversa retribuendorum peccatorum mensura, Matth. VII. 2. Luc. VI. 38. idem hoc comprobar, dari mensuram peccatorum diuersam.

Loca, quae diuersam poenarum gravitatem significant.

§. XXV. Altera locorum scripturae sacrae, hanc inaequalitatem peccatorum probantium, classis ea complectitur, quibus grauiores poenae quibusdam peccatis denuntiantur: inter quae praecipua sunt Christi verba Luc. XII. 47. 48. obvia, vbi seruum voluntatis domini conscient, eandem nibilosecurus transgressum plus caesum iri edicit, eo, qui inscius peccauerit: & quae

quae *Mattb.* XI. 21--24. occurunt, quibus incolarum *Tyri* & *Sodomorum* poenas tolerabiores fore praedicte supplicia a ciubus *Berbsaidei*, *Chorazei* & *Capernaumi* sumendis. *Conf. Mattb.* X. 15. *Luc.* X. 13. 14. Vnde aut toti fallimur, aut certo concludimus, dari diuersos ipsorum peccatorum gradus; quum reatus apud DEVM peccato non possit nonaequalis esse. (§. VI.)

Reliqua scripturae testimonia, quibus eadem haec poenarum diuersitas euincitur, sunt *Rom.* II. 5--8--12--16. *Apoc.* XVIII. 5--8. *Hebr.* II. 2. 3. X. 29. XII. 25.

§. XXVI. Idem præterea ex notionibus ipsaque Argumentatione peccati demonstrari potest, ea quidem ratione a minusue admittunt, (§. II.) vnde eiusdem quantitas datur, quae quum per sumtam vnitatem seu mensuram determinari possit, gradus eiusdem efficit. (§. V.) Reatus autem singulorum peccatorum iisdem peccatis atque proinde obligationi peccantium proportionatus est. (§. VI.) Ea vero peccata, quae maiorem reatum inferunt grauiora, quae minorem leuiora vocantur (§. XVII.), vnde consequitur, vt quaedam peccata aliis sint grauiora atque *peccato gradus admittant.*

§. XXVII. Atque vt, quod in hoc labore reliquum est, objectionibus satisfiat, quibus haec sententia infirmari posse videtur, potiores earum eo ad obiectio-
nem pri-
redeunt, vt qui contrarium tuerintur, *primum* ad natu-
ram priuationis graduum expertis prouocent;
deinde affirment, peccantium nihil referre, quam lon-
ge recelerint a regula, atque si quis lineam semel
vel minimum transilierit, in quo peccatum proprie-
tatem consistat, perinde id esse, ac si quam longissime ab

eadem recesserit; *praeterea* duo tantum genera hominum bonorum malorumue in scriptura sacra commemorari arbitrentur, posthabito discrimine inaequalitatis; atque abusum doctrinae huius *denique* negationis suea praetendant, a quo vix saltem ac ne vix quidem caueri queat, nisi penitus sublatu hoc discrimine peccatorum. Ad primam difficultatem quod attinet, quae non sine specie veri vrgetur, quum priuatio naturam peccati constitutat (§. I.), potest ea dupli ratione expediri, ut tam priuationem graduum omnino expertem esse, quam peccatum sola priuatione absolui negemus. Licet enim priuatio in se considerata maius minusue admittere non videatur, ratione tamen obiecti, quo priuamur eiusque necessitatis ac vilitatis, gradibus nequaquam caret: quod in priuatione partiali potissimum locum habet. Quis enim alicuius dignitatis in republica aut possessionum suarum partis vel minimae, atque ipsius vitae, incolumitatis, aut perennis felicitatis priuationem nequaquam differre affirmarer? Neque sicabstrahi debet priuationis consideratio ab obiectorum seu bonorum, quibus priuamur, cogitatione, vt haec plane negligatur. Etiam si *praeterea* priuationem essentiam peccati constituere concedimus, fortiter tamen peccatum omne ea absolui negamus, quod positiuam partem consequuntiam necessario simul inuoluit, (§. I.) quum homo mutationum atque nisus ad easdem numquam expers, quoties conformitate cum lege caret, non possit non in contrarium incurare noxamque sibi parare.

Eadem ratione Stoicorum obiectio a natura peccati in mendacio & falso posita, solui debet, quae plane hoc recidit.

Con-

Conferatur ad hanc in primis & reliquas obiectiones ex nostratis 10. BENJ. POSEWITZII theor. scholastica part. II. c. IIII quaest. XVII. & ex pontificiis ADAMI TANNERI theor. schol. tom. II. disp. III. quaest. III. dub. I. vbi quicquid ipse THOMAS in secunda prime quaest. LXXXIII. & recentiores scholastici in hanc rem disputatione, erudite colligit & explicavit.

§. XXVIII. Secundo obiectione Stoici potissimum Ad obiecti sunt, (§. XVIII.) eamque locutione a similitudine rationem rerum in sensu incurris, transiliendo lineam, propounderunt, variisque comparationibus exornarunt. Ad quam in uniuersum amoliendam sufficeret quidem verissima logicorum regula, similia nihil probare sed illustrare tantum: proprius tamen eidem satisfiet, si dixerimus, fingi a Stoicis regulam rationis & legum lineae vnicae similem, quae pluribus certe immo totidem constat, quot determinationes actionum humanarum ea continentur. Vnde consequitur, ut qui plures determinationes eiusmodi negligit, aut ex Stoicorum formula plures lineas transfilit, magis grauiusque omnino peccet, quam si unam alteramue peccando transiliisset, neque minus ut quo longius in recedendo a regula legum aliquis progressatur, eo plures necessario transiliat lineas. Praeterea priuatio totalis cum partiali a Stoicis confunditur: licet enim posthabito regressu ad aliquem locum aliquot passuum distantia perinde sit, quam si vel longissime Canobo abesset, neque hominis undis submersi & suffocati quicquam referat, quot vlnis ab aere libero differt: longe tamen alia ratio est huius distantiae iudicandae in priuatione partiali & respectu regressus ad aliquem locum habito.

§. XXVIII.

Ad obiectionem tertiam & quartam.

§. XXVIII. *Tertia obiectio Iouiniano tribui solet, (§. XVIII.) qui discriminis meritorum eo iam tempore coelibatui, & ieuniis constitutorum obuiam iurus, ad Martb. XXV. 33. &c aliaque scripturae loca prouocasse dicitur, quibus hominum in duas solum classes distributorum mentio fit. Cui difficultati, quicquid eius demum ex vera hominis sententia fuerit, soluenda sufficit, vt consequentiam conclusionis negemus ex certissimo canone, vnius positionem non esse alterius exclusionem. Quanquam enim in eiusmodi oraculis diuinis species hominum duae tantum constituantur, inde certe nequaquam consequitur, vt hae species graduum expertes sint, in primis si aliunde eorundem tam in praemis quam poenis existentia probari possit. Ultima demum obiectio omnium minime sententiae nostrae obstare potest, quum praeter abusum insignis etiam doctrinae huius visus locum habeat, neque, si vel certissimus esset, abusus visum tolleret, in primis si de carente eodem satis prouideri queat. Sicut enim visus ex aliqua doctrina exspectandus eam alii fundamentis destitutam, veriorem certioremq[ue] non reddit, ita etiam mirifice falseremur, si abusu accidentalis sententiam satis stabilitam infirmari crederemus. (§. XVIII.)*

SECTIO TERTIA EXPLICANS,
POTIORES RESPECTVS, VNDE
GRADVS PECCATORVM AESTI-
MANDI SVNT.

§. XXX.

§. XXX.

Propius iam considerabimus potiora fundamenta, **D**ivisio se-
vnde hi peccatorum gradus constituendi sunt, **q**uantum.
quae varie quidem dispisci possunt, nobis tamen,
omnium rectissime, sic diuidenda esse videntur, ut pri-
mum caussarum peccati, deinde obiectorum, p[ro]fessio for-
mae, tandem effectuum, & externarum denique cir-
cumstantiarum ratio habeatur. Aut toti fallimur,
aut ad quinque has classes commode refertur, quic-
quid in peccatis occurrit inaequale, & graduum di-
uersitatem constituit.

Res ipsa satis edocet, in plerisque peccatis plurium respectuum,
immo nonnunquam omnium simul, rationem habendam
esse, vi iustum de ipsorum gravitate iudicium feratur: alias
enim peccatum pro leviori haberi posset, uno alterue re-
spectu, quod alio pluribusque simul consideratis longe fo-
rer gravissimum. Fuerunt qui ligato sermone haec funda-
menta gravitatis ita constituerunt, licet minus curate:

Aggravat ordo, locus, mora, causa, scientia, tempus,
Lucta pusilla, modus, culpae genus, & status altus,
Condition, numerus, actus, & scandala, sexus.

§. XXXI. Quod si caussarum peccati rationem ha- **D**iversa
beamus, in statuendis eiusdem gradibus, tam *subiectum* **g**ravitas
peccans eiusque & *internus* **s**tatus, & *externa* *conditio* & **p**eccatorum
peccans pars; quam *motiva* seu caussae ad peccandum **r**atione *s*a-
impellentes considerari debent. Atque ut ab interno *tus interni*
statu subiectorum peccantium initium faciamus: du-
plex eiusdem cogitatio instituenda est, tam faculta-
tum habituumque moralium, quibus aliquis pollet,
quam nexus & obligationis, qua cum DEO coniunctus est. Admodum enim differunt in diversis ho-
minibus facultates animae, in primis accidente cul-
Dura,

tura, DEIque gratia & operatione supernaturali, vt non solum in singulis mentis operationibus, omnibusque simul summis aliis aliis emineant, sed ipsa etiam in primis scientia rerum legumque diuinarum tam naturali quam supernaturali & salutari mirifice discrepent, atque quorundam notitia & latius pateat & longe distinctior, certior, efficacior sit, quam in aliis esse deprehenditur. Vnde & diversitas virium moralium tam naturalium, quam diuinarum enascitur; nam quum viua motiuorum cognitio vires homini sufficiat ad agendum & resistendum pro diversa indole & origine motiuorum, diversaque cognitionis natura & gradu diuersas, non possunt non aliis infirmiores esse magisque viribus destituti aliis. Praeterea ipsa obligatio hominum ad DEVUM, varios graduum ordines admittit: & pro diversa cognitione communis omnium ab eo dependentiae, & pro varia beneficiorum ab illo iam profectorum promisorumque indole & frequentia, vt nonnulli alios multitudine & magnitudine beneficiorum acceptorum & destinatorum longissime superent, atque iidem multo plus debeant DEO, ipsique obstrictiores neantur. Quorum voluntaria paeta cum DEO sancta, frequentius & solemnius a quibusdam repetita, iure pertinere putantur. Hinc efficiuntur certissimae aestimandorum peccatorum regulae: prima, *vt quo quis praestantioribus animae facultatibus habebitibus que aliis antecellarat, eo grauius illis delinquar in eodem peccato committendo.* Vnde simul sequitur, *vt quo quis prudentior & circumspetior sit in rebus externis prouidendis, regulis ab uilitate profectis, aut consuetudine stabilitis sollicite obseruandis, cauendoque*

que opum suarum, corporis & honoris detrimento, eo certe turpior sit peccatorum fugiendorum incuria, magisque inexcusabile quoduis peccatum: atque proinde litterati sagacioresque homines majori culpa laborent in peccando, quam rudiiores ab intelligentia magis derelicti: secunda, *ut quo quis maiori rerum diuinarum cognitione eiusque vel obtinendae vel adougenda occione vtratur, eo grauior sit peccatorum reatus*, atque gentes extra ciuitatem CHRISTI constitutae excusari peccent ciuibus eiusdem, philosophi leges naturales, theologi ordinem salutis reuelatum turpius transgrediantur aliis hominibus: tercilia, *ut quo quis a viribus supernaturalibus instruclor sit, eo maiorem reatum peccando incurat*, quo ii etiam referendi sunt, qui his viribus instructi olim fuerunt, neque occasione carent illarum instaurandarum & amplificandarum, vnde etiam apparet, regenitos grauius peccare idem per reliqua delinquendo irregnit; christianos aetate spirituali prouectiores, ciuibus nouis, recens natis; relapsos & apostatas iis, qui semper ab arctiore DEI consuetudine abfuerunt: quarta, *ut quo quis plus beneficiorum DEO se debere patitur & foedere solemnius saepiusque initis eidem obligari intelligat, eo grauiori reatu labore, dum peccat*; quod integrati animi virtum culpam adaugerunt, atque foederum votorumque ratio cognitionem viuam sua erga DEVVM obligationis supponit. Hinc grauius omnino delinquent, qui sacramentis iniciati, solemnifedere DEO obstricti sunt, ipsique CHRISTO se deuouerunt, aliis hominibus ea religione solutis. In omnibus his momentis plura obligationis requisita deprehenduntur (§. II.), vnde peccatorum diversus

uersus reatus pendet. (§. XXVI. XVII.) *Martb XIII.*
12. XXV. 24-29. XI 21. &c. Iac. IV. 17. Luc. XII. 47-
48. 2 Pet. II. 20 &c. Rom. II 9 &c. VI. 1. &c. Deuter.
XXXII. 6. &c. Ies. I. 2. &c. Ier. II. 13. 2 Sam. XII. 7. 8.

Facile hinc perspicitur, ex diversa hominum educatione, operationibus gratiae, tam praeuenientis & præparantis, quam convertentis & cooperantis, iisque magis minusve ordinariis & communibus diversam peccatorum grauitatem enasci: aegrotos etiam senioque confessos, præcuditicis labribusque sine propria culpa calamitose obrutos, excusatiores esse alios horum impedimentorum expertibus.

Ratione ex- §. XXXII. Praeter haec externa hominum con-
 terni status. ditio ipsumque vitae genus facit, vt nonnulla pecca-
 ta aliis praegrauent, quum non solum opportunitas
 cognitionis diuinæ viriumque spiritualium ab ea ex
 parte dependeat, & omnes prerogatiuae externi e-
 tiam status ad DEI beneficia pertineant, vnde pecca-
 torum inaequalitas oritur (§. XXXI.), sed ipsa haec
 externa conditio pleraque subsidia occasionesquele-
 gitimarum aetionum subministret, ad peculiaria offi-
 cia de aliis bene merendi obliget, efficiatque, vt quo-
 rundam hominum aetiones in alios vel meliores vel
 deteriores reddendos magis influant. Quare his e-
 tiam regulis hominum peccata aestimanda sunt: pri-
 ma, *vt quo quis maiori opportunitate bene agendi gau-*
deat, eo culparius peccet eam negligendo vel contrarium
agendo, vnde opulentiores eaque potestate praediti,
vt oppressis & misere habitis remotius propiusque
subuenire possint, maiorem culpam contrahunt, si
officiis suis desunt, quam his opportunitatibus desti-
tuti. 1 Io. III. 17. 2 Cor VIII. 12. Job. XXXI 10. &c. se-
cunda, vt quo quis maiori dignitate suique exempli au-
gori-

*Horitate valeat, eo grauius peccet, dum ea vel plane non,
vel male vertitur, eamque ob caussam parentes, patres-
familias, seniores, magistri, doctores, magistratus,
principes maiorem reatum peccando incurvant re-
liquis hominibus hoc respectu ipsis inferioribus.
Ioc. III. 1. 1 Reg. XII. 30. XIV. 16. Mat. II. 7. 8. 12. Ier.
XXIII. 30. &c. (§. XII.)*

Inde satis patet, homines curis grauioribus solutos & otio ab-
undantes, grauius peccare, si exercitii religiosis defunt,
quam quibus non ita vacat, hos vero, qui ope & auxilio
diuinitus magis indigere intelligent, culpa minus vacare,
si ipsi legitimae quaerendae se subtrahunt, eaque incuria
committunt, vt aliorum salus ipsis concredita detrimen-
tum capiat; omnes autem in aliquo eminentiori gradu
constitutos sollicitudine longe maxima, eaque ex eminentia
& auctoritatis gradu metienda opus habere, nam

*Omne animi vitium tanto conspicuus in se
Crimen habet, quanto, qui peccat, maior habetur.*

idque legum & morum magistris in primis necessarium ef-
fe, nam

Turpe est doctori, si culpa redarguit ipsum.

Atque quem nulla opportunitatis absentia locum habet,
quae non aliam ad alia officia opportunitatem producat,
huius externi status semper ratio habenda est, in diudicantibus
peccatis. Sic longe indignior grauiorque est paupe-
rum superbia, eorum, qui opibus & honore afflunt.

§. XXXIII. Ipsa tandem pars hominis peccans, Ratione
seu ut technice vocatur, *subjectum quo, inaequalitatem partis pec-
catorum constituit* (§. X.). Vnde hae regulae *cantis,*
fluunt: prima, *vt externa peccata in se considerato gra-*
uitora sint iisdem intra animum duntaxar commissi: seu,
vt quae ore & opere simul peraguntur, ea superent graui-
tate,

*rate, quae corde tantum & animo voluuntur: secunda, ut
quo quis plura corporis membra, animique facultates, ma-
ioresque viri que partis vives, atque earundem fortiorum
contentionem peccato impendat, eo grauitus delinquat, atque
sic difficiliora peccata, atque operosiora simul gra-
uiora sint, & delicta interna, quae intellectum ratio-
nemque requirunt, nisique voluntatis perpetrantur,
foetus vitiosos imaginationis gratitatem anteire
censeantur: terria, ut peccata ex consuetudine obscu-
roque impetu profecta grauitate cedant peccatis ex praesente
determinatione mentis illegitima oris, ipsae tamen consue-
tudines & peccata habituclia longe praeceollant actibus pra-
uis transiuntibus.*

Ratione
motiuorum.

§. XXXIV. Si motiuorum ratio habetur in pec-
catis aestimandis, non tam ea considerantur, quae ad
reete agendum adfuerunt, vnde obligatio maior eu-
dit (§. XXXI. II.), quam ea potius, quibus ad peccan-
dum aliquis impellitur, ex quorum diuersitate neces-
sario peccatorum inaequalitas enascitur. Eo se-
quentes regulae pertinent, prima, ut peccata, quae cum
conscientia erronea, atque multo magis ex eadem peragun-
tur, excusatoria sint peccatis, sine conscientia aut contra
eandem commissis. Rom. X. 2. secunda, ut seducti ab otiis
maiores excusationem habeant iis, qui semet ipsi seducunt,
eamque eo maiorem, quo maiore honestatis & reli-
gionis specie seductores gaudent, argumentisque ad
fucum faciendum, & incautos circumuenientium
speciosioribus vtuntur: tertia, ut quo leuiora & in-
curiora sunt peccatorum motiva, eo maiorem culpam in-
currant, qui illis ad delinquendum mouentur, atque sic
grauius peccet, qui ad leue incommodum idque
neccidum praefens aut certum satis fed probable tan-
tum

tum euitandum peccat, atque qui ut aliis ob incertam admodum spei commodorum placeat, aut ex sola imitatione peccat, quam qui maioribus certioribusque rationibus impellitur: quarta, ut qui ob malum apparet peccat, excusior sit eo, qui bonis apparentibus ad peccandum adducitur, seu, peccata ex fuga & timore mali, in primis si praefens, certum, grave est, commissa minorem reatum contrahant peccatis ob voluptatem ex peccato capiendam peractis.

In applicatione ultimae regulae ratio habenda est tam gravum, quibus illa bona & mala apparentia inter se differt, quam etiam maioris minorisque apparentiae seu species ad imponendum incurias idoneae. AVGUSTINVS lib. II. de visit. inf. c. V. peccare voluptate gravior est quam peccare necessitate.

§. XXXV. Diuersitas obiecti personalis, seu eo-Ratione obrum, qui peccatis laeduntur & direkte violantur, iecti perso-
(§. XIII.) insignem differentiam grauitatis eorundem *natis*.
producit, tam respectu absentiae motiuorum ad pec-
candum impellentium (§. XXXIII.), quorum offend-
siones eorum pertinent, a quibus laesi numquam fui-
mus: Prov. III. 30. quam ratione motiuorum ad officia
ipsis debita, seu obligationis immediatae & mediatae,
qua quis iisdem obstrictus tenetur. Hinc regulae fluunt:
prima, ut peccata, quibus DEVS directe violatur,
grauiora sunt contra nosmet ipsos aliosque commissi, Ies. VII.
13. Marc. XI. 30. 1 Sam. II. 25. secunda, ut peccato contra
nosmet ipsos perpetuata grauitate excedant contra alios per-
acta, Prov. XXXIII. 8. Marc. XII. 31. 33. tertia, ut quo quis
propius ad alios persinat, aus eos ad se perrinere intelligat,

eo grauius delinquit eos laedendo. Vnde pro diversa
 obligationis specie & gradu, alia peccata aliis mirifice
 grauiora euadunt; sic peccatis in magistratum, pa-
 rentes, sanguine, affinitate, amicitia, beneficiis, colle-
 gio coniunctos reliquae offensiones aliorum, a quibus
 haec absunt, longissime preeponderantur. *Rom. XIII 2.*
Act. XXIII 5. Exod. XXII. 28. 1 Tim V. 8. Genes. XIII 8.
Eph. VI. 1 &c. V. 28 29. Ps XXXXI 10. LV 13 15. Hebr.
XIII 17. VIII 3 4. & offensiones Christianorum a
 Christianis profectae preegrauant aliorum offensioni-
 bus, *Gal. VI. 10. 1 Cor. VI 8. 2 Cor XI 2 6.* quarta, *ut quo*
plures aliquo delicto laeduntur, eo sit grauius, in primis si
 quid damni non exemplo & scandalo solum, sed ipso
 peccato illis infertur, quod ipsum, quo grauius est, &
 quo plures afficit, eo vehementius peccatum aggra-
 uat; vnde peccata in societatem aliquam, rempubli-
 cam, ciuitatem DEI commissa aliis merito grauiora
 aestimantur: quinta, *ut quo arctius homines cum Deo co-*
boarent, eo culparius loedantur; quae coniunctio multi-
 plex est, vel animi, vel officii, vel miseriae, vnde quo
 cui arctius animo cum Deo conuenit, eo inexcusatus
 violatur, in primis si offensiones ex odio in Deum pro-
 ficiuntur, aut ipsius Dei caussa inferuntur, licet pree-
 textu nonnumquam aliunde desumto: *Zach II 8. Ps.*
CV. 14. VIII 4 5. praeterea illa, qui Dei vices cum im-
 perio gerunt, aut eius legationem obeunt, non sine ipsi-
 us Dei offensione contemnuntur & violantur; *Luc. X 16*
17. 1 Cor. III. 8. 11. 13. tandem & miserorum ab ope huma-
 na aliorumque patrocinio derelictorum oppressiones
 eo grauiores sunt, quo religiosius Deus de se recepit,
 iporum caussam a semet ipso aetum, iniuriasque illatas
 ultum

vitum iri, vnde consequitur, vt egeni, peregrini, infirmiores, viduae, infantes parentibus orbi non sine grauiori reatu laedantur, neque diuinitus affecto afflictio addatur sine grauissima culpa. *Pf.*
LXXXIII. 6. LXVIII. 6. Ies. I. 17. 23.

THOMAS I. II. qu. 73. art. 3. in hanc rem ita pronuntiat: *quia peccata habent speciem ex obiectis, differencia grauitatis, quae attenditur penes obiecta, est prima & principalis quasi conueniens speciem.*

§. XXXVI. In peccatis ex obiecto reali aestimantur. Ratione obiectis tam legum, quae violantur, quam rerum, in quibus & circa quas ea violatio peragitur, ratio habenda est. Ad priorem classem differentiarum pertinent hae regulae: prima, *ut peccata contra leges naturales grauiora sint peccatis contra leges revelatas & postiuis commissis*, atque eo quaevis grauiora, quo facilius, evidentius & certius inter omnes de aliqua eiusmodi lege constat, *i Cor. V. 1.* secunda, *ut quo plures leges simul violantur aliqua actione, eo illa sit dererior*, atque complicatum delictum conficiat, *Autor. VIII. 18-23.* tercias, *ut quo evidentior sit aequitas legum, actionumque mandatarum utilitas, eo indignius violentur, ab illici maxime, qui non magis consideratione & meditatione effectuum actiones consequi solitorum, quam ipsa experientia de hac utilitate compertum habent: quarta, ut quo magis frequens, evidens & solemnis aliquis legis promulgatio & confirmatio facta est, eo cum grauiori culpa migetur*, atque sic actio legibus & diuinis tam naturalibus quam revelatis, & humanis prohibita atrocior sit ea, qua una lege tantum semel lata prohibemur: quinta, *ut peccata commissio-nis grauitate antecellant peccata omissionis* (§. XIII.),

E

quod

quod non solum in violatione earum legum, quae mandato constant, locum habet, verum & in prohibitius legibus, quarum contrarium peragi nequit, sine simultanea omissione obseruantiae legi debitate. Ad alteram classem rationum, hanc inaequalitatem constituentium, referimus regulam sextam, *ut quo sanctior & religiosior aliqua res est, seu cum DEO eiusque cultu arctius cobacret, eo inexcusatus peccando profanetur*, vnde detorsiones scripturae sacrae iniquas aliorum librorum interpretationes grauitate superant, neque minus ludicra eiusdem ad facetias, sales, leporesque applicatio reliquos iocos illegitimos. *1 Cor. III. 17. Gal VI. 7. septimam, ut quo minus aliquis re indiget, qua alii non sine praesentissimo periculo & damno carent, eo grauius peccet auferendo, corrumpendo & assumendo eandem.* *2 Sam. XII. 1-4.* vnde profusio rerum ad aliorum vitam trahendam admodum necessariarum inexcusatior est abusu rerum, quibus omnes facile carent: octauam, *ut quo maiori iure aliquis rem possider, ex maiori iniurio eadem priuetur: nonnam tandem, ut peccato in animam nostram aliorumque, atque sic ipsam salutem aeternam, superent in corpus peracto, utroque autem religua, quibus facultates & existimatio laeduntur, atque sic homicidium atrocissimum furto.*

Omissionis peccata iterum differunt, pro necessitate officiorum, quae negliguntur, maiore minorene.

Ratione
formae.

§. XXXVII. Forma & genesis interna peccatorum longe maximum momentum habet ad gradus eorundem recte iudicandos, quum non solum maior minorque obligatio ex ea plerumque pendeat, sed effectus etiam internae corruptionis maioris minorisue

norisue in ipsis peccantibus pro eius diuersitate insigniter differat. Potest autem, quicquid huc pertinet, his regulis comprehendendi: prima, *ut peccata voluntaria excellant grauitate non voluntariis*: secunda, *ut peccata cum antecedente & consequente consensu perfecta grauitate superent ea, quae per delectationem consequentem demum voluntaria sunt*: tercia, *ut peccata cum longiore deliberatione motuunque conscientiae suppressione fortiore commissa, grauiora sint iis omnibus, a quibus haec absfuerunt, atque tam pro multitudine & magnitudine stimulorum conscientiae peccatis obuiam euntium, quam etiam pro maiore minoreue lucta vel contra conscientiam vehementer excitatam, vel contra peccatum ipsum praegressa, peccata per quam inaequalia euadant: quarta, ut peccata praecipitanse & insirmitatis grauiora sint peccatis ignorantiae: quinta, ut peccata ex ignorantia commissa grauitate cedant iis, quae ab ignorantie committuntur (§. XI.): sexta, ut peccata letolia praegrauent mortalibus (§. XV.): septima, ut peccata alieno proprio & proprius participata grauitate antecedant propria peccata (§. XII.) Rom. I, 32. quum sine proprio, interno saltem, peccato participatio eiusmodi fieri nequeat: octaua, *ut quo quis longius, frequentius, vebemensius peccet, aut saepius, fortiusque eodem peccato postea delectetur, eo certe grauius delinquat, quum pluribus aetibus absoluatur longior alicuius peccati duratio, neque delectatio consequens instaurari possit sine iteratione peccati interna.**

Hinc ad grauissima crimina resertur elata manu contra DEum peccare, Num. XV. 30. peccatis superbire. Ies III. 9. Illi excusationem aliquam habent, qui grauissimis tentationibus succubuerunt post praeuiam luctam contra peccatum, licet

idem

E 2

idem hac ipsa lucta testatum reddant, contra conscientiam se peccare. Grauius peccant, qui sine praetextu & specie iusti delinquunt, licet ipse praetextus quaesitus subinde declareret conscientiam repugnantem.

Ratione effectuum. §. XXXVIII. Quodsi effectuum inprimis exter-
norum ratio haberur, quae transgressiones conse-
quuntur, praeter internam depravationem & incre-
menta habituum illegitimorum, nemo inficias ibit
& ab illorum diueritate insignem peccatorum in-
aequalitatem pendere. Atque quum hi effectus
vel ad DEVIM eiusque honorem, vel alios homines
pertineant, vtriusque illorum generis ratio instituen-
da est, quod his regulis fieri commode potest: pri-
ma, *ut quo magis gloria DEI obscureatur peccatis, eo sint
grauiora*, atque sic delicta, quibus alii addicuntur,
ad iniquius iudicandum de DEI perfectionibus, &
ordine salutis ab eodem constituto, atrociora sint
aliis, *2 Sam. XII. 14. Rom. II. 23. 24. 1 Tim. VI. 1. se-
cunda, ut quo plura oliorum suspiria iniurias illoris ex-
primuntur, eo grauius delinquuntur, Iac. V. 4. Hebr. XIII.
17. quorsum peccata pertinent, quae in litteris di-
uinis ad DEVIM clamare, vindictamque poscere di-
cuntur: tertia, *ut quo maiori scandalo cedit peccatum,*
eo grauius euodat, inprimis si praeuisum & delibera-
tum est aut eo animo commissum, ut alii ad peccan-
dum allicitur. *Matt. XVIII. 6. &c. Marc. VIII. 42.**

Ipsa consequens consencio, delectatio, occultatio, perinax
negatio, excusatio & defensio ad grauitatem insigniter au-
gendarum apprime faciunt.

Ratione temporis & loci. §. XXXVIII. Postrema consideratio respectuum
ad augendam peccatorum grauitatem comparato-
rum,

rum, circumstantias temporis & loci complectitur. Quorum diuersitas nonnullas regulas suppeditat, in quibus prima est, *ut manifesta & publica peccata oculis sint grauiora*, 2 Sam. XVI. 22. inprimis si illis praesentibus & inspectantibus peraguntur, quorum praesentia alios a peccando arcere deberet, atque per consequens ea grauissima sint, quae in locis committuntur, vbi de praesentia DEI cogitanda monemur, aut studio alicubi perpetrantur, vt alii praesentes offendantur, pii aut doctores & magistratus dolore afficiantur, incauti ad peccandum stimulentur: secunda, *ut peccata in locis DEO, eiusque cultui deuotis, commissa, turpiora sint alibi peractis*. Matth. XXIII, 35. tercua, *ut peccata temporibus, quae DEO collendo officiisque obeundis consecrata sunt, commissa, reliquis alio tempore peractis praegraudent*. Matth. XXVI. 3. XXVII. 62. 63. quarta, *ut peccata, quae post recente a DEO profectum beneficium, cultumque ipsi praestitum, aut insignem aliquam gratiae diuinae operationem praegressam extemplo peraguntur, eo excedent grauitate, a quibus haec omnia absunt*.

Eadem ratione continuatio & repetitio peccatorum sub imminentibus aut praefentibus iam iudiciis poenisque divinis, atque in publicis priuatisque calamitatibus aggrauantur misericordie.

§. XXXX. Breuitatis studium effecit, vt tam *Ratio de-*
prolixiore horum respectuum explicatione & ulte. *monstrandi*
diuisione, quam singulorum curatiis demon- ^{haec fin-}
strandorum labore superedendum omnino existi- ^{gula,}
mauerimus, cuius tamen per singula haec momenta
instituenda rationem iam paucis ante indicabimus,
quam ad reliqua progrediamur. Duplex autem ea
ratio

ratio demonstrationis est, vna a priore, altera ex scripturae sacrae testimoniis a posteriori desumta. Prior ita comparata esse debet, vt *primum* ostendatur, plurimum singula haec momenta valere ad obligationem augendam, dum vel plures normas connexas aut subordinatas, vel plura motiva exhibent, vel eorundem cognitionem ampliorem & efficaciorum reddunt, vel facultatem peragendi mandata amplificant, vel efficiunt, vt haec fieri facilius potuissent (§. II.): *deinde* cogitetur, reatum pendere ab obligatione, maiorem proinde esse, vbi obligatio ad legem, quae violatur, maior adfuit, grauiora autem euadere peccata per incrementa & intentionem reatus (§. XVII. VI. V): vnde necessario *tandem* consequitur, vt quot modis obligatio incrementa capiat, totidem etiam reatus augeatur & grauitas peccatorum ad crescat. Altera probationum classis oracula diuina comprehendit, quibus nonnulla peccata ob determinatas rationes adductas, variosque respectus appositos aliis grauiora esse dicuntur, quae potiora suo singula loco in medium protulimus, vnde non solum illorum grauitas diiudicari potest, quorum explicita in iisdem mentio fit, sed per analogiam etiam reliquorum omnium, si inuestigatio secundum canonem verissimum instituatur, eorundem eandem, similium similem, aequalium aequalem, oppositorum oppositam esse rationem.

Conferri possunt, qui in hoc argumento explicando iam elaborarunt, quorsum praeter scholasticos theologiae moralis scriptores ex dogmaticis potissimum pertinet IO. GERHARDVS locor. theol. tom. II. art. XIII cap. XVII. & ABRAH. CALOVIVS system. locor. theol. tom. V. art. V. atque ex remonstrant.

Strantibus PHIL. LIMBORCHII *theol. christ. lib. V. cap. V.*
 & ADR. CATTENBURGHII *spicileg. theol. christ. lib. IIII.*
cap. IIII. seſt. III. quibus addendi sunt FRANC. IVL. LÜT-
 KENS *Buß-Predigten part. I. p. 49.* IO. IAC. RAMBACHS
Buß-Reden tom. I. p. 120. 121. cel. MICH. LILIENTHALS
Reden über wichtige Wahrheiten der Sitten-Lebre ad Dom.
*VII. p. Trin. neque minus FENED. PICTETTI *theol. moral.**
lib. II. cap. VIII. THO. WATSONS *Vbung der Gottſelig-*
keit p. 711.

§. XXXXI. Quae adhuc disputauimus, ad pecca- *Grauitas*
 ta actualia proprie pertinent, ipsum tamen origina- *peccati ori-*
 le peccatum ad easdem leges diradicandum est, vbi *ginalis.*
 facile apparebit, esse illud non solum longe grauiſſi-
 mum, tam originans, seu peccatum primum Ad-
 ami, quam originatum, quum ex hoc corruptiſſimo
 fonte reliqua omnia fluant, verum etiam gradus ad-
 mittere, quum dominans mortificato praegrauet
 omnino, ipsumque, quo diutius fortiusque domi-
 natur, eo maiora incrementa capiat, celeriusque ad
 intensiōrem corruptionem graſſetur. (§. VIII.)

Quo diutius hoc malum cundo vires acquirit, habitibusque
 accessoriis augetur, eo fortiores necessario radicē agit,
 quod in primis vſu venire solet, tam vbi omnis gratiae &
 calamitatum disciplina abest, incitamenta autem & occa-
 siones peccandi vna cum licetia quodus impune perpa-
 trandi adſunt; quam vbi ſequentiores correctiones diuinae
 & ſalutaris gratiae operationes voluntaria reactione & per-
 tinacia morosa ſupprimuntur. Immo quum experientia te-
 ſte nonnullae inclinations & propensiones illegitimas ipsa
 generatione ad infantes tranſeant, hoc etiam respectu pars
 poſitiua huius peccati varias modificationes admittit.

SECTIO

SECTIO QVARTA
APPLICANS HOC ARGVMEN-
TVM NONNVLLIS CONSECTARIIS
INDE DERIVATIS.

§. XXXII.

*Vtilitas
huius argu-
menti.* **A** Bundat hoc argumentum longe foecundissi-
mum incredibili vtilitate, quae latissime pa-
ret, & ad cognitionem rerum diuinarum amplifi-
candam, & ad ipsum animum sancte commouen-
dum, salutarique disciplina emendandum. Nemo
enim, nisi haec ad se pertinere plane ignorat,
aque adeo se hominem esse non meminit, aut a com-
muni, quem natura habemus, boni malique sensu de-
relietus est, tot deterrimi mali gradus nefandos &
nocentissima incrementa apud animum reputabit,
quin cogitatione ad semetipsum conuersus serio
commoueatur atque ad grauissimas curas excitetur,
suasque rationes ita subducat, ut quantocius in praef-
tentissimo hoc periculo adeo multiplicè fugiendo, at-
que isto malo horribili admodum legitime auerrun-
cando omni virium contentione elaboret. Neque
multa sagacitate opus est ad doctrinas eo compara-
tas ex hoc argumento deriuandas, sed seria tantum
cogitatione cum sui ipsius conscientia coniuncta,
quae sponte haec omnia subministrabit. Quam ob-
rem nobis ad vsum huius rei commonstrandum de-
latis, breuioribus esse licebit, quam verba tractationis
contrahenda potius sint, quam pandenda, ne disservatio

tatio in librum ex crescatur. Dabimus igitur nonnulla tantum specimina consecutariorum, ex tractatione hac fluentium, reliqua cuiusvis cogitationi permisurum.

Multum promouebitur haec applicatio, si peccati in uniuersum omnis atrocitas & nocentissima indoles simul cogitabitur, ut de gradibus periculi, iacturae, poenarumque certissimarum eo rectius statui possit. Conf. IEREM. BVRROVGH *malum mat-
torum*, seu de grauissimo peccati malo librum, quem in vernacula conuersum *SVMME VEN. PRAESES* praefatione addita edidit.

§. XXXXIII. Quum omnis quantorum cognitio Dari cognitio
mathematica vocatur, atque ea ipsa reliquas cognitionem pec-
tionis species insigniter perficit, facile apparet, *dari* catorum
peccatorum cognitionem mathematicam (§. V.), eamque
esse longe utilissimam. Atque quum vires cau-
rum efficientium effectibus aequales & reactione ob-
iectorum superiores sint necesse est, consequitur,
ut nonsolum gratia DEI hoc peccati malum tollens
vtraque, & forensis, & medicinalis, in salute homi-
num applicanda gradus admittat, atque proinde
eiusdem mathematica cognitio locum habeat, sed vt
haec ipsa etiam cognitio a peccatorum cognitione
mathematica pendeat, atque ex eadem deriuanda sit.
Liberationis enim magnitudo & pretium ex quanti-
tate mali, a quo liberamur, metiendum est, neque per-
spicitur recte, nisi eiusdem grauitas intelligatur. *Epb.*
III. 18. Job. XI. 8. 9. 1 Tim. I. 15. 16. R.m. V. 16. 20.

Conferendum est programma lectu dignissimum clar. GE. SAR-
GANECCE de peccatis mensurandi, quod doct. IO. IAC. SCHMIDII
Mathematico biblico adpendicis loco adiectum iterum prodidit.

§. XXXXIII. Praeterea ex illis, quae praecesse Plures dum
runt, elucer, quam verum vulgo dicatur, *duo quum* idem faci-
faciunt *idem non esse idem*, quod nonsolum in qualitate unt, non es-
actio se idem.

actionum valet, vt quod vnuſ legitime agit, in eo a-
gendo alter peccet, sed multo magis ad quantitatem
illegitimarum actionum pertinet, vt errores, qui in
aliquo excusationem habent, in alio grauiſſimum
reatum producant. Vnde ſequitur *primum*, vt omnis
peccantium comparatio cum aliorum culpa & reatu
caute admodum instituenda ſit, neque exempla in
litteris diuinis obvia ad excusationem aut condemnationem
ſuam aliorumque temere ſint pertrahenda:
deinde vt maior ſubiectorum peccantium omnisque
ipſorum ſtatus & antecedentis & conſequentiſ deli-
ctum, quam actionum ipſarum ratio habenda ſit in
diiudicandis peccatorum gradibus: atque vt diuina
tandem de peccatis iudicia multum diſferant ab hu-
manis; quum in foro humano externae duntaxat
actiones iudicium ſubeant, de occultis autem & in-
ternis, quea maximum in hac re momentum tra-
hunt, iudicari nequeat, ad quea in foro DEI & con-
ſcientiae potiſſimum respicitur. Quare neque de-
ſperandum eſt de cauſa ad conſientiam & DEI tri-
bunal pertinente, ob iniquiora hominum iudicia,
neque eidem hominiſbus per omnia probatae nimis
confidendum. , *Cor. III. 3-4. 5.*

Latius in illa propositione ſumitur *idem*, vt priore loco mate-
rialiter intelligatur, posteriore formaliter & ſubiective; po-
ſtant enim actiones ſimiles in quibusdam momentis, in aliis
diſſimiles ſimil eſſe, atque per omnia ſimiles inaequales eſſe.
(§ XVI. V.) Habet illa doctrina de iudiciorum diuinorum
humanorumque diſſerentia inſignem materiam formidinis
aque ac ſolati, atque ſi quea alia ita comparata eſt, vt ad
exactiſſimam ſui ipſius diſquisitionem extimulet quemadmo-
dum grauiterque commoneſciat de actionibus ſuis aqua mentis
lance ad diuinorum oracularum trutinam ponderandis.

Mirifici

Mirifice enim in reddenda olim ratione actionum nostrorum falleremur, si nostra supputatio a diuina differret tam per diuersas unitates & mensuras heterogeneas sumtas, quam per calculi errorem.

§. XXXV. Satis etiam superque hinc patet, *dif.* Statum pectere quidem iudicium de peccatis & peccatoribus seu statu cantium ab ipsorum ad DEVVM relato, neutrum tamen ab altero penitentia separari posse. Sicut enim de ipsis peccatis iudicari non potest, nulla subiectorum peccantium ratione qualitate habita; ita etiam status peccantium ad DEVVM relatus aestimari nequit, posthabita quantitatis peccatorum in iisdem obseruabilium, graduumque diuerorum ratione. Quam ob rem necesse est omnino, ut tam multitudo peccatorum quam magnitudo eorumdem in censum veniat, si de grauitate corruptio-
nis & reatus iuste pronuntiari debet, atque ut num-
quam ex vna altera actione sola seorsim conside-
rata, de gradu reatus, cui aliquis subdit, iudicetur,
sed ex complexu omnium actionum quotquot ob-
seruari possunt: plura enim leuiora peccata vni gravi-
orii aequalia euadunt.

Huc etiam illa cautio pertinet, ne uno alteroque respectu a reliquis separato de grauitate peccatorum iudicetur, sed omnibus simul consideratis, potest enim peccatum, quod hoc illo que respectu excusationem habet, alio quodam immo pluribus respectibus longe grauissimum esse. (§. XXX.)

§. XXXVI. Neque minus exinde apparet, & quemuis de se ipso rectius certiusque indicare posse, quam de sibi merito alios ipsorumque peccatis, quod nemini causae latentes, & quae ad aggrauandum minuendumque reatum concurrunt, aequae cognitae esse possunt, quam ipsi subiecto peccanti: & iure meritoque quemuis sibi videri

deri grauiissimum peccatorum, quum momentorum ad
grauitatem eorundem adaugendam facientium apud
se ipsum magis conscius fieri potest, quam quidem
in aliis, de quibus optima quaevis speranda sunt ex
lege amoris. Quare nemo falletur, qui iudicium
P A V L I de semetipso latum, *i Tim. I. 15.* subductis
actionum suarum rationibus non ex formula sed se-
rio suum faciet, seque ipsum maximum peccato-
rem pronuntiabit, quod aequo certo de nemine alio
fieri potest.

Non omnes
peccatores
eodem mo-
do tractan-
dos esse.

§. XXXVII. Accedit ad ea, quae iam ex tra-
Etatione deduximus, neque omnes peccatores eodem lo-
co babendos, neque eadem ratione in emendatione ipsorum
curonda utendum esse, eamque diuersitatem methodi
in ipsis tractandis adhibendae non solum in homi-
nibus plane diuersa peccantibus locum habere, ve-
rum etiam in iis, qui eadem sed diuerso modo gra-
duque delinquunt (§. XXXXV.). Sicut enim me-
dici est grauitatem & malignitatem morbi, omnia-
que remedia in facienda medicina gradibus morbi
attemperare, ita etiam quemuis de aliorum salute
sollicitum existimare oportet, hanc curam ad se
quam maxime pertinere, ut ex ipsis gradibus mali
remouendi distincte cogniti, de conuictione produ-
cenda, contritione fideque excitanda, & modo in
his omnibus adhibendo studiose decernat, nullam-
que harum rerum cogitationem temere negligat.
Vnde ad curam animalium pastoribus concreditam
felicius gerendam hoc argumentum, si quod aliud,
multum omnino confert. *Iud. v. 22. 23.*

Con-

Conferantur SAM. CLARKII orationes sacrae vol. VIII. serm.

XV. Possunt nonnumquam qui grauius deliquerunt, facilius commoueri, vt de reditu ad meliorem frugem sedulo cogitent: quare ad excusationes friuolas & inanes remouendas, desperationem etiam quotundam iniquius de peccatorum statusque sui gradibus iudicantium cuitandam, haec omnia cognita perspectaque habere permagni refert. Gra-
duis etiam correctionis fraternalis & disciplinas ecclesiasticae ab hoc doctrina dependent.

§. XXXXVIII. Posthaec evidenter common-
strant, quae praecesserunt, iure meritoque eniten-
dandum esse peccatoribus, ut gradus emendationis & stu-
dii, quo in gratiam DEI amplectendum & legitime appli-
candum feruntur, aequales sunt gradibus corruptionis ac-
praegressae. Vnde consequitur, iure ad homines per-
tinere, ut nemo longiorem moram coniunctionis de-
venia impetrata obtinenda aegre ferat, qui ad al-
tiorem gradum depravationis peccando processit in
eoque diutius perseueravit: deinde ut quisque ex
gradibus, quos peccando attigit, de gradibus sancti-
tatis statuat, ad quos contendendum ipsi sit, atque ex
iis ipsis motiva studii huius acuendi desumat: ut de-
nique gratiam DEI eo maioris faciat, quo maior
praecessit corruptio & reatus peccatorum, eoque
se intelligat obstrictiorem ad gratias DEO agendas
animo, ore, ipsoque opere & enixissimo labore in-
staurandi honorem eius tot peccatis ante se obscu-
ratum. Rom. VI. 16. &c. Luc. VII. 47. 1 Cor. XV. 9.
10. 1 Tim. I. 15. 16.

§. XXXXVIII. Tandem postremo loco ex il- Leuiora
lis, quae disputauimus, eluiscit: ab ipsis leuissimis pec- peccata flu-
catis

46 SECTIO III. APPLICANS.

diose ca-
uendum
esse.

cotis sedulo couendum esse, vt initii obuiam eundo in-
crementa mali vitentur. Neque enim peccata le-
uiora manent, etiam si in se fuerint, si a sciente ex
destinato consilio committuntur, ipse enim contem-
tus eorundem ea aggrauat magnumque ipsis pon-
dus addit. Nemo etiam a grauioribus satis sibi pro-
spiciet, qui in leuioribus incautus esse cupit, ipsae-
que minutissimae res, quarum magna multitudo ag-
gregata est, aqualem quantitatem cum re grauissi-
ma efficere possunt.

Votum
nuncupa-
tum.

§. L. Emensi iam illud stadium, quod nobis
ipsi descripseramus, DEVUM, supremum rerum hu-
manarum arbitrum, conceptissimis verbis depreca-
mur, vt hanc grauissimi argumenti tractationem sa-
lutarem fieri, viuam miseriae, qua laboramus, & gra-
tiae abundantissimae cognitionem insigniter in ciui-
tate CHRISTI augeri, gloriisque suam ea ipsa
re amplificari iubeat.

F I N I S.



RE.

RESPONDENTI

SAL. PLVR. DIC.

P R A E S E S.

IN signem mibi volupratem attulit virumque consilium,
quod cepisti, et ab academia nostra ante non disce-
dendi, quam specimen publicum ederes tam ingenii,
quod a natura eximium habes, quam progressuum in bo-
nis litteris factorum, et argumentum disputationis deli-
gendi sollicita meditatione omnino non indignum, atque
ad doctrinam de peccato pertinens, quam in scholis dogma-
ticis ex moralibus non sine ratione uberior explicore soleo.
Non defui desideriis TVIS, sed quidquid parvum meorum
esse exquisitum, eo contuli, ut TIBI, PARENTI TWO
plur. reverendo, lectoribus atque adeo utilitati publicae fa-
cissieret. Quare elaborationem, quam studiose confecsiom
mibi exhibuisti, ita retrostau, emendataque amplificau,
ut arguento in clariore luce ponendo sufficere videatur,
plura certe et limatiora forte adiecturus, si per temporis
angustias licuerit, quibus me admodum sensio circumscri-
ptum. Age igitur, aestumarissime EILERS, pro-
vinciam TVAM pro virtute exorna, atque non solum in
conflicto litterario strenue tuere argumentum non sine cer-
tissima victoriae spe defendendum, quam TIBI et spondeo
et ex animo gratulor, sed etiam, quod longe maximum
momentum faret, serio ad animum reuoca doctrinam gra-
vissimam,



uissimam, omniq[ue] viuendi ratione comproba, non sene fru-
ctu TE ipsius meditationi aliquor horos impendisse. Sic
denum inexcusatus errandi pericula eorum, qui a tenera
aetate ad bonam mentem formati, a rerum diuinarum in-
telligentia instructi, et sanctiore disciplina iniciati sunt, ef-
fugies, et spem illorum omnium, qui DEI beneficia in TE
cumulata magnificiunt, TVORVM inprimis, atque
mean simul, si non mole de TE meritus videbor, ex-
spectationem implebis, neque doctrinæ, quam imbibisti, et
operae in hoc elaboratione collocatae umquam TE poe-
nitibit. Vale rectissime. Ded. in academia Fri-
dericiana ad d. IIII. Id. Sept. ann.
ciclo cccxxxvi.

EN! quam solicite rationem reddere curas,
Mi perdocte EILERS, ingenii & studii?
Dinumeras peccatorum speciesque gradusque,
Sicque doces morum quod TIBI curaque, & ars.
Gratulor ergo TIBI, fructus conamine dignos
Optans, & coepitis annuat ipse DEVS.

Ita

Nobilissimo doctissimoque Domino Respondenti
de praeclaro studiorum specimine gratulari
voluit

IO. IOACH. MÜNCH.
Opp.



- Index
- 362640
- XXXIX. De Sistimine revelatione et interpretatione.
XL. De Propagatione et gradibus operati originalis.
XLI. De Paullo gentilium apostolo.
XLII. Anno & sacro Iesu Christi in lucem editi commendatio.
XLIII. Natalis Iesu Domini suavissima Narratio solennis
nunquam quibus memoria (Rebilli) in lucem edita antea,
quibus celebrata est.
XLIV. Anno facta Natalium Iesu Christi, commendatio
de Chriſtologia Veteris Testamētū generationis tunc
Iudei agita quam in Novo evoluta.
XLV. De Fide in Christum.
XLVI. De Thaumaturgia vero religionis charactere.
XLVII. De sancto Cantorū Salomonis.
XLVIII. Quid ratiō de suscitate corporum
cognoscat.
XLIX. De flineriorum orientalium usu.

A. Warda.

(X2371098)





5
VI
6

DISSERTATIO THEOLOGICO-MORALIS
DE
**GRADIBVS
PECCATORVM**

QVAM
 SVMMI NVMINIS AVSPICIO
 PRAESENTE
 VIRO MAXIME REVERENDO, DOCTISSIMO, AMPLISSIMO,
SIGISM. IAC. BAUMGARTEN
 S. S. THEOL. P. P. ORDIN.
 FAVTORE AC PRAECEPTORE AETATEM
 COLENDO
 IN ACADEMIA FRIDERICIANA
 AD D. SEPT. A. O. R. C¹CCCCXXXVI.
 H. L. Q. C.
Publico placidoque eruditorum examini submitter
IOANNES ANDREAS EILERS,
 BRANDEB. M. M. S. S. THEOL. CVLTOR.



EDITIO NOVA.

Halæ Magdeb. sumtu Hendeliano, 1744. (7)